



BOLETÍN ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE SALAMANCA

NOS EL DR. D. RAMON BARBERA Y BOADA,

VICARIO CAPITULAR DEL OBISPADO DE SALAMANCA (S. V.),
DIGNIDAD DE ARCIPRESTE DE ESTA SANTA BASÍLICA CATE-
DRAL, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que pór renuncia de D. Juan Francisco García Peñalvo, último poseedor, se halla vacante en la Santa Basílica Catedral de Salamanca un Beneficio, cuya provisión corresponde en turno á la Corona, previa oposición, en la forma dispuesta por el Real decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888.

El que obtenga el Beneficio, además de las obligaciones comunes á todos los Beneficiados, tendrá la especial de celebrar en los domingos, fiestas de precepto y en los segundos días de las Pascuas la misa de reserva, vulgarmente llamada de postre, á que se refieren los Estatutos Capitulares de esta Santa Iglesia. Además suplirá en el confesonario al Canónigo Penitenciario en sus enfermedades y cuando legítimamente estuviere ausente de la Iglesia.

Los ejercicios de oposición serán por escrito, y con-

sistirán: 1.^º En traducir al castellano un punto del Catecismo de San Pío V, haciendo á continuación la explicación doctrinal del mismo. 2.^º En contestar á cuatro cuestiones de teología moral. 3.^º En resolver un caso práctico de conciencia.

Por tanto, citamos á todos los señores Sacerdotes, y á los que se hallen en disposición de ser promovidos *intra annum* al Presbiterado, que deseen hacer oposición al mencionado Beneficio, para que desde el día de la fecha al quince de Diciembre próximo presenten en nuestra Secretaría de Cámara la solicitud correspondiente, la cual, si los aspirantes fuesen extradiocesanos, vendrá acompañada de los títulos de órdenes y otros que posean, de las testimoniales autorizadas y de la licencia de su respectivo Ordinario.

Terminado el plazo señalado, designaremos los días en que tendrán lugar los ejercicios de oposición, sin necesidad de nueva convocatoria, y elevaremos la oportuna propuesta en terna al Gobierno de S. M., para que elija el que se juzgare más idóneo y útil al servicio de la Iglesia. La dotación del elegido será la de mil quinientas pesetas anuales, que percibirá en el término y forma que el Estado pague las asignaciones del personal de esta Santa Iglesia.

Dado en Salamanca á quince de Noviembre de mil novecientos cuatro.

DR. RAMÓN BARBERÁ Y BOADA,
VICARIO CAPITULAR.

Por mandado de S. S. el Sr. Vicario Capitular,

DR. TOMÁS REDÓNDI DÍEZ,
Secretario.

EDICTO convocando á oposición para un Beneficio en la Santa Basílica Catedral de Salamanca, con término de treinta días, que concluye en quince de Diciembre.

ALOCUCIÓN CONSISTORIAL

PRONUNCIADA POR SU SANTIDAD PÍO X EL 14 DE NOVIEMBRE DE 1904

VENERABILES FRATRES:

Duplicem, nostis, ob causam amplissimum Collegium vestrum ad Nos convocabimus, ut de duobus Beatis viris in Sanctorum album rite referendis simulque de novis creandis Episcopis hodierno die vobiscum ageremus. Utraque res cum sane magna, tum laeta atque iucunda: verum haud opportuna laetitiae sunt adiunta temporum. Nam praeter calamitosissimum belli incendium, quo plures iam menses Orientis extrema flagrant, quod quidem Nos, quas sumus et esse debemus in homines universos caritate paterna, supplices obsecramus Deum ut restinguiri celeriter velit, propiora etiam quaedam sunt quae aegritudem Nobis efficiant. Etenim a contemplanda christianorum excellentia virtutum divertere mentem cogimur ad ingentem hominum multitudinem, qui vix aliquam christiani nominis umbram retinent; quumque gestit Nobis animus, quod pastores bonos viduatis dare ecclesiis multis possumus, simul vehementer dolet, quod aliarum, nec ita paucarum, viduitati consulere iam nimium diu prohibemur.

Facile intelligitis nationem hoc loco spectari eam quae, quum sit inter catholicas nobilissima, tamen alienis a religione studiis multorum commovetur iamdudum et iactatur miserrime. Scilicet eo processit ibi malarum rerum audacia, ut e domiciliis disciplinarum aulisque iudiciorum simulacrum Eius, qui unus est Magister aeternusque hominum Iudex exturbatum publice fuerit. In multis autem incommodis, quae ibidem Ecclesiam premunt, hoc in primis grave conquerimur, impedimenta omne genus

inferri cooptationi Episcoporum: nisi quod graviora quoque agitari consilia videmus. Iam vero huius tantae offensionis idoneam causam frustra quaeres praeter illam, quam modo attigimus: nam quae in Apostolicam Sedem coniicitur criminatio, non ipsam in conditionibus pactis mansisse, ea quidem quantum ab honesto, tantum distat a vero. Hanc porro propulsare calumniae labem in conspectu vestro, Venerabiles Fratres, necessarium ducimus, antequam ad ea, quae proposita sunt, accedamus.

Nonnulla memoramus ignota nemini. Superiore ineunte saeculo, quum tetrica novarum rerum procella, quae in Galliam incubuerat, veteri disciplina civitatis eversa, avitam late religionem afflixisset, Decessor Noster inclitae memoriae Pius VII et moderatores reipublicae, ille quidem salutis animarum divinaque gloriae causa sollicitus, hi vero ut stabilitatem rebus ex religione quaerent, icto inter se foedere, pactionem fecerunt, quae ad sarcenda Ecclesiae gallicae damna, eamque in posterum tutela legum muniendam pertineret. Ad pactum autem conventum accessere deinceps solo civilis potestatis arbitrio *organici* qui vocantur *articuli*; at contra accessionem ejusmodi non modo Pius repugnavit re recenti, sed qui consequuti sunt Romani Pontifices, oblata sibi opportunitate, praesertim quum eorum vis articulorum urgeretur, acerrime restiterunt. Idque iure optimo, si quidem harum natura legum consideretur: legum, iniquimus, non pactorum; quippe consensio Pontificum nulla unquam intercessit. Igitur hae leges nequaquam publicam securitatem spectant, de quo genere cautum erat in primo pactionis capite: *Cultus publicus erit, habita tamem ratione ordinationum, quoad politiam, quas Gubernium pro publica tranquillitate necessarias existimabet.* Neque enim est dubium, si leges *organicae* continerentur hoc genere, quin eas, me-

mor obligatae fidei, receptura esse et servatura Ecclesia. Nunc vero legibus istis de disciplina atque de ipsa doctrina Ecclesiae statuitur; pugnantia conventis plura sanctiuntur; abrogatisque magnam partem iis, quae in rei catholicae commodum pacta essent, ecclesiasticae potestatis iura vindicantur civili imperio: a quo proinde non tutela expectanda sit Ecclesiae, sed servitus. At praestat ea, quae inter Apostolicam Sedem et rempublicam gallicanam converunt, partite perstringere.

Pertinent illa ad definiendas utriusque potestatis rationes mutuas.—Respublica quidem spondet Ecclesiae liberam religiosi cultus facultatem: *Religio Catholica Apostolica Romana libere in Gallia exercebitur*. Eadem munere officioque suo alienam declarat totam sacrarum jurisdictionem rerum: tantum in hoc genere rata firmaque vult decreta, quae *politiae* idest publicae securitatis nomine sanciverit. Jamvero quum excipit ista, quorum non ita late campus patet, eo ipso confirmat, nihil se posse in cetera; utpote quae, quum supernaturalem vitam Ecclesiae attingant, terminos longe excedant civilis auctoritatis. Manet ergo ipsa agnoscente et probante republica, quidquid fidem moresque spectet, id omne in dominatu esse arbitrioque Ecclesiae; ipsius esse instituenda curare atque instituta tueri, quaecumque fidei morumque in catholicis sanctitatem conservent et foveant; ipsam propterea, nec nisi ipsam, posse populo eos praeficere, qui christianae principia et instituta vitae pro officio custodianc promoteant, administratos sacrorum dicimus et in primis Episcopos.

Nihilominus in hac re, nempe concordiae facilius retinendae gratia, aliquid de severitate iuris sui remittit Ecclesia, facultatemque tribuit reipublicae eos nominandi, quibus episcopale mandetur munus. At vero facultas eiusmo-

di nequaquam valet aut valere idem potest, quod *institutio canonica*. Etenim assumere et collocare quempiam in sacrae dignitatis gradu, eique parem dignitati attribuere potestatem, ius est Ecclesiae ita proprium et peculiare, ut id cum civitate communicare, salva ratione divini muneric sui, non possit. Relinquitur ut concessa reipublicae nominatio nihil sibi velit aliud, nisi designare et sistere Apostolicae Sedi quem Pontifex, si quidem idoneum et ipse agnoverit, ad episcopatus honorem promoveat. Neque enim ita nominatum canonica institutio necessario sequitur; sed ante religiose ponderanda personae sunt merita. Quae si forte obstent, quominus episcopatum Pontifex, pro conscientia officii, cuiquam conferat, nulla tamen lege cogi poterit rationum momenta patefacere, quare, non conferendum putarit.

Ad haec, certas sollemnesque ad Deum preces Ecclesia pro summo magistratu civitatis adhibendas constituit; in quo amicam se civitati fore, qualiscumque demum huius fuerit temperatio publica, pollicetur.

Ista quidem pactum habet, de quo loquimur in praesens et futurum statuta: quod vero ad praeteritum tempus, transactionem continet ultro citroque compositam. Versatur haec in bonis, Ecclesiae non multo ante detractis publice: quae bona Pontifex civitate condonat; civitas autem fidem dat, praebituram se Clero sustentationem, quae cuiusque statum deceat. Agitur hic, ut appareat, de veri nominis contractu, quo quum certa paestatio pro re certa stipulata sit, non est dubium, tametsi illa conventio foedusque resolvatur, tamen ius manere integrum Ecclesiae aut rem repetrere aut iustum pro re praestationem exigere.

Exposuimus summa rerum capita, de quibus inter Galliam et Apostolicam Sedem, necessario maxime utriusque

tempore, convenit: quisquis ex veritate res aestimat, iudex esto, utra conventis non steterit.

Num Ecclesia ius datum reipublicae nominandi Episcopos unquam retractavit? Immo veros candidatos, quos respublika proposuisset, partem longe maximam, canonice instituit. Quodsi factum quandoque est, ut aliquos non institueret, maximis semper gravissimisque de causis, eisque extra genus politicum positis, factum est; quas causas non semel ipsi magistratus reipublicae deinceps cognitas probavere: nimirum ne religio, cui quidem Pontifex summan curam diligentiamque necessario debet, aliquid detrimenti caperet.

Iam de legibus, publicae tranquillitatis ratione perlatis, obscurum non est Ecclesiam in exercendo sacrorum cultu, quod promiserat, praestitisse: cuius ceteroqui illustris ea est et pervagata doctrina, Deum esse cuiusvis in homines potestatis fontem, ideoque civilium quoque iussa et vetita legum, si quidem iusta et cum communi bono coniuncta sint, sancte inviolateque esse servanda.

Nec minus aequam se fidamque impertit reipublicae Ecclesia, quaecumque usque adhuc extitit constitutio temperatioque civitatis. Semper enim iis qui praeverant quum de statuta formula Deum precaretur, non caelestem modo, quod caput est opem, sed etiam civium optimorum gratiam conciliare studuit.

Denique quam fideliter transactionem de facultatibus suis factam custodierit, vel ex hoc intelligi potest, quod nemo unus molestiam ab Ecclesia ullam unquam passus est ob eam causam, quod ipsius bona ad hastam publicam quaesita possideret.

Quarere iam licet, utrum civitas pariter, quae sua esent ex foedere officia, impleverit.

Statutum principio est, catholicae religionis exercen-

dae liberam in Gallia facultatem fore. At suppetere libertatem istam hodie dixeris, quando ad Pontificem, summus qui est magister et custos catholici nominis, interdicitur Episcopis aditus atque etiam missio litterarum, insicia Republica? Quando sacrorum Consiliorum, a quibus, Pontificis auctoritate et nomine, negotia Ecclesiae universae in Urbe Roma administrari notum est, spernuntur publice ac refutantur acta quin immo ipsius actis Pontificis vix parcitur? Quando id non disimulanter agitur ut nervi incidentur viresque religionis, detrahendis iis, quae, Dei providentis nutu, praesto sunt Ecclesiae utilisima ad suum fungendum munus adiumenta? Neque enim reputare, nisi magno cum angore, possumus religiosarum familiarum recentem cladem; quas quidem ad exterminandas finibus patriae haec una ratio valuit, avitae religionis in populo faunices exitisse efficaces: non valuit ad retinendas, si minus ornandas ut oportebat, optimorum cogitatio meritorum, quae ab iis omni tempore essent in cives suos profecta Eequid tam contrarium iunctae cum Apostolica Sede amicitiae ac foederi, quam hac tanta iniuria et contumelia eos affectos esse, quibus nihil habet Ecclesia carius?— Quin etiam ad ceteras id genu molestias ingens nuper cumulus accesit. Etenim certum accepimus circumferri edictum, quo Sodales illustris cuiusdam familie et quidem ratae legibus, ab ipsis dioecesum Seminariis, quibus magna cum salute sacri ordinis praeesse diu consueverunt, abire excedere iubentur. Huc scilicet evasit promissa religionis libertas, ut Episcopis iam non liceat, prout visum fuerit melius, institutioni prospicere sacrae iuventutis, iidemque in negotio tanti momenti ac ponderis cogantur adiutores ab se, quos semper experti sunt optimos, segregare.

Quamquam illud multo gravius est ministerio Aposto-

lico iniectum vinculum.—Ipsa rei natura clamat, quod diximus, institutionem canonicam, praesertim si ad summum eclesiastici ordinis gradum danda sit, non posse, salva maiestate religionis, cadere in quemquam, nisi qui pro moribus, ingenio, doctrina dignus tam celso munere videatur. Hac obstrictus santissima lege, Pontifex non omnes, quos respublica sibi designarit, continuo ad episcopatum promovendos putat; verum probe explorato qualis quisque sit, alios, quos repererit idoneos, assumit, alios, quos minus, relinquit scilicet: admonitamque de consilio suo rempublicam rogat, ut pro illis quidem legitime incepita perficere, his vero sufficere meliores velit. Huiusmodi consuetudinem Apostolica Sedes usque ad nostram memoriam tenuit sine offensione, quamdiu utriusque potestatis concordia stetit incolmis. Qui autem dudum respublica? Negat ius esse Pontifici repudiare quemquam ex iis, quos ipsa nominavisset, nominatos recipi promiscue vult omnes; propterea obstinant non ante sinere eos, qui probati sint Ecclesiae, canonice institui, quam qui repulsam ab ipsa tulerint, iidem probationem ferant. Iamvero usque eo extendere vim nominandi, ut facultas, concessu Pontificis facta reipublicae, nativum et sacrosanctum Ecclesiae ius elidat perscrutandi utrum qui nominati sint, digni sint, hoc profecto non est interpretari pactum, sed subvertere; contendere autem ut, si qui praetereantur, ne aliis quidem canonica institutio detur, huc recedit admodum, nullos velle posthac constitui Episcopos in Gallia.

Quod denique ad eam attinet conventionis partem, qua honestae clericorum sustentationi consultum est, num ipsam servat Respublica, quum Episcopis aliisque sacerorum administris, nulla habita quaestione aut iudicio inauditis et indefensis, quod saepissime usuvenire nostis, legitimum victum, ad libidinem suam, detrahit? Atqui non foederis

tantum hic lex, sed iustitiae pertringitur. Neque enim ci-
vitas in eo, quod istiusmodi alimenta ministrat, putanda
est voluntate gratificeri Ecclesiae, verum portionem, nec
ita magnam, debiti exsolvere.

Aegre induximus animum, Venerabiles Fratres, haec
memoratu audituque tam tristia dicendo persecui. Nam
moerorem, quem ex rebus Gallicis gravem patimur, etsi
levari, communicando vobiscum, intelligebamus posse,
maluissemus tamen silentio premere; etiam ob eam rem,
ne tot mentissimis Ecclesiae filiis, quos in Gallia numera-
mus, aegritudinis morsum querimonia communis Paren-
tis exacueret. Verumtam iura sanctissima Ecclesiae im-
probe violata, ac dignitas praesertim Apostolicae Sedis
alieno notata criminis, prorsus a Nobis expostulationem
iniuriarum publicam requirebant. Idque praestitimus, nul-
lo, cum acerbatis sensu adversus quemquam, paterna
certe cum voluntate erga gentem Gallicam; in qua quidem
diligenda Nos, quod ceteroqui non potest esse dubium,
Decessorum Nostrorum nulli condimus.

Enimvero sperandum non est, fore ut institutarum
contra Ecclesiam rerum cursos consistat. Quaedam his ip-
sis diebus eventa certissimum fecere indicium, eos qui ad
gubernacula sedent Reipublicae, sic esse in rem catholi-
can animatos, ut ultima sint brevi metuenda.—Omnino,
dum Sedis Apostolicae documenta non obscure loquuntur
professionem christiana sapientiae amice posse cum Rei-
publicae forma consistere, ii' contra affirmare velle viden-
tur, Rempublicam, quali nunc utitur Gallia, eiusmodi esse
naturae, ut nullum habere possit cum christiana religio-
ne commercium: id quod dupliciter Gallos calumniose pe-
tit, ut catholicos nimirum et cives.—At eveniant licet
quantumbis aspera; nequaquam Nos aut imparatos offend-
ent aut pavidos, quos Christi Domini illa vox et hortatio

confirmat: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur (Io. xv, 20). In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum (Io. xvi, 33)*, Interea tamem Nobiscum vos, Venerabiles Fratres, humilium instantia precum á Deo contendite, ut qui potest unus ducere unde velit et quo velit impellere hominum voluntates, auspice Virgine Immaculata, pacem tranquillitatemque Ecclesiae suae benignus maturet.

Llegado á este punto de su alocución, Su Santidad siguió hablando de la canonización de los Beatos Alejandro Saulo, de los Clérigos regulares de San Pablo, Obispo, y de Gerardo Mayella, Redentorista.

Después confirmó el nombramiento del Patriarca Armenio, Pablo Sabbaghian, con el nombre de Pedro XII, é hizo la preconización de varios Prelados, entre ellos nueve españoles.

EX S. CONGR. S. R. ET U. INQUISITIONIS

BEATISSIME PATER:

Episcopus dioecesis N..., ad solium S. V. humiliter pro voluntus, exponit quod, quum quibusdam abhinc annis Vicarii Generalis expers esset, sive ob parentiam subjecti idonei, sive ob pecuniae defectum, tempore absentiae a propria Sede, quoad executionem dispensationum matrimonialium primo suum Delegatum dioecesanum, dein Procuratorem fiscalem Curiae delegavit cum facultate subscribendi acta de speciali mandato. Ipsi postea exorto dubio circa hujus delegationis ac proinde concessarum dispensationum validitatem. a S. Poenitentiaria petiit utrum validitas hujusmodi dispensationum sustineretur an non?

Srera autem Poenitentiaria eidem negative respondit. Hisce positis cognoscere vellet, an haec responsio alterae resolutioni a S. Officio die 14 decembris 1898 editae opponatur.

Feria IV, die 1 Junii 1904.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis coram Emis. ac Remis Dñis. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, proposito praedicto dubio, praehabitoque Rmorum Consultorum iidem voto, Emi. ac Rmi. Patres respondendum mandarunt:

Praefatam responcionem S. Poenitentiariae haud opponi resolutioni feriae IV, 14 decembris 1898; illa enim respicit purum ministerium, haec veram et propriam dispensandi potestatem.

Sequenti vero feria V, die 2 ejusdem mensi et anni,, in solita Audientia SSmi. D. N. Pii divina providencia PP. X a R. P. D. Adsessore habita, SSmus. resolutionem Emmorum. ac Remorum Patrum approbavit.

L. † S.
I. Can. MANCINI, S. R. et U. I. Notarius

— · · —

DECRETO

de la Sagrada Congregación del Santo Oficio, sobre predicción de milagros, apariciones y revelaciones.

La Semana Religiosa, de Bourges, publica un importantísimo decreto del Santo Oficio, que insertamos á continuación. Dice así:

«Roma, Palacio del Santo Oficio, 3 de Septiembre.

Ilustrísimo y Reverendísimo Señor:

En reunión general del Santo Oficio celebrada el miércoles 31 del mes de Agosto próximo pasado, después de

examinados cuidadosamente cuantos papeles han sido sometidos al estudio de este Supremo Tribunal, relativos al culto de la Bienaventurada Virgen María, llamada de *Pellevoisin*, los Emmos. Sres. Cardenales, Inquisidores generales, juntamente conmigo, han acordado lo siguiente:

Por más que la devoción del Escapulario del Sagrado Corazón de Jesús, y la inscripción entre los miembros de la piadosa Archicofradía establecida en el pueblo llamado de Pellevoisin, bajo la advocación de la Virgen Santísima con el título de Madre de la Misericordia, hayan sido aprobadas, tal aprobación no se extiende, ni directa ni indirectamente, á las pretendidas apariciones, revelaciones, curaciones y otros acontecimientos parecidos que por algunas personas quiérense relacionar con el uso de dicho Escapulario ó con el hecho de formar parte de la ya nombrada piadosa cofradía.

Todos aquellos, sacerdotes ó seglares, que publican libros ó escriben periódicos, deben seguir puntualmente, como así lo prescribe la conciencia, las reglas establecidas por la Constitución apostólica *officiorum*. Los que se han consagrado á la predicación de la palabra de Dios, deben tener muy en cuenta las prescripciones del quinto Concilio de Letrán, y también las del Concilio de Trento, en su sesión vigésima quinta, relativas á la predicación de apariciones y de milagros y, por último, los rectores de las iglesias que se propongan instituir en los templos que están á su cuidado piadosas Cofradías, parecidas á la de Pellevoisin, ó erigir estatuas, ó colgar cuadros representando á la Bienaventurada Virgen María, bajo la mencionada advocación de Madre de la Misericordia, aténganse desde ahora y para siempre, sin restricciones de ninguna clase, á las reglas establecidas por la Sagrada Congregación de Ritos acerca del Escapulario del Sagrado Corazón.

Al poner en conocimiento de Vuestra Grandeza las anteriores decisiones, ruego á Dios que os conceda toda suerte de favores y prosperidades, y me repito vuestro afectísimo en el Señor.—*Serafín, Cardenal Vannutelli.*

SS. RITUUM CONGREGATIO

UTINEN

Missa de festo transferendo

R. D. Josephus Fantoni, Sacerdos Archidioeceseos Utinensis, de consensu sui R̄ni Archiepiscopi, sequens dubium Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum:

In Paroecia Glemonae, Utinensis Dioeceseos, adest antiquissima consuetudo, ut Dominica prima Octobris, in solemnitate scilicet Sanctissimi Rossarii B. M. V., Archipresbyter Parochus cum suo clero et populo conveniat ad Sacra solemniter peragenda in Ecclesia S. Antonii apud Frates Minores, in qua extat altare eidem Beatissimae Virginis sub titulo SSmi. Rossarii dicatum.

Cum vero interdum contingat ut solemnitas Sanctissimi Rossarii occurrat eadem die ac festum S. Francisci Assisiensis, quod sub ritu duplici primae classis cum Octava in omnibus Fratrum Minorum Ecclesiis celebratur, hinc quaeritur:

Utrum in occurrentia solemnitatis SSmi. Rosarii B. M. V. cum festo S. Francisci possit in praedicta Ecclesia S. Antonii, ratione concursus populi, cani Missa de festo transferendo, nempe de Rosario, iuxta Rubricas Generales Missalis, tit VI?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti

Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit. Die 6 Maii 1904.—S. Card. CRETTONI, S. R. C. Praef.—(L. † S.) —† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

UTINEN

Reprobatur mos canendi lingua vulgari Passionem Domini et Litanias Lauretanis coram SSMo. exposito, neenon in eadem lingui administrandi Communionem.

Hodiernus Revmus. Archiepiscopus Utinensis Saerorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna declaratione humillime exposuit:

I. In duabus Paroeciis Archidioceos Utinensis exstat consuetudo immemorialis, qua, in Dominica Palmarum, peractis Benedictione Palmarum et Processione, canitur Passio D. N. I. C. lingua slavica vulgari: quaeritur, utrum huiusmodi cantus Dominicae Passionis tolerarit possit in casu, aut saltem permitti ante Benedictionem Palmarum, vel immediate post Missam lectam?

II. In aliis duabus Paroeciis consuetudo etiam immemorialis viget, qua in Communione administranda extra Missam verba *Domine, non sum dignus* recitantur lingua vulgari; et coram SSm. Sacramento exposito eadem vulgari lingua canuntur Litaniae Lauretanae; quaeritur, an attenta vigente consuetudine, utrumque liceat?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem, *negative*, et servetur Rubrica Missalis, quae talem interruptionem non concedit, et post Benedictionem Palmarum praescribit: *deinde cele-*

bratur Missa; et quoad secundam partem affirmative accedente consensu Ordinarii.

Ad II. *Negative, et serventur Rubricae et Decreta.*

Atque ita rescripsit. Die 1 Julii 1904.—A. Card. TRIPPEPI, *Pro-Praefectus.*—(L. † S.)—† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

DUBIUM

Consuetudo non adhibendi conopaeum ante tabernaculum SSmi. Sacramenti servari nequit.

Ab hodierno caeremoniarum magistro cuiusdam ecclesiae cathedralis expostulatum fuit: An servari possit consuetudo non adhibendi conopaeum quo tegi debet tabernaculum, ubi asservatur SSimum. Eucharistiae Sacramentum?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, auditio etiam voto Commisionis Liturgicae, respondendum censuit: *Negative, et serventur Rituale Romanum et Decreta.*

Atque ita rescripsit. Die 1 Julii 1904.—A. Card. TRIPPEPI, *Pro-Praefectus.*—(L. † S.)—† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

EX S. CONGREGATIONE STUDIORUM

Doctorales laureae a S. Congregatione Studiorum sine examine concessae aequiparantur laureis Catholicarum Universitatium.

Proposito dubio: An doctoris laurea quae à S. Sede per S. Congregationem Studiorum amplissimis viris concedi solet, sive in Theologia, sive in Jure Canónico, nullo facto periculo, sed tantum propter eorumdem praeclara me-

rita rite probata, habeat omnia iura et privilegia quae habet doctoris laurea a candidatis in Catholicis Universitatibus per factum periculum acquisita, vel potius habenda sit solummodo honorifica?

Sacra Congregatio Studiis moderandis praeposita, die 18 Decembris vertentis anni 1903 respondendum censuit:
Affirmative ad primam partem: Negative ad alteram.

Quam setentiam in audientia habita ab Emmo. Cardinali Praefecto, die 19 mense Decembri 1903, Sanctissimus D. N. Pius Papa X, ratam habuit et confirmavit.—F. CARD. SATOLLI, *Praefectus.*—L. + S.—ASCENSUS DANDINI; *Secretarius.*

INDULGENCIAS EN LAS FIESTAS DE LA INMACULADA

Ex Audientia SSmi 20 Maii 1904

En audiencia concedida el 20 de Mayo del corriente año, á Mons. Radini Tedeschi, Secretario de la Comisión de Eminentísimos Cardenales para las fiestas del Quincuagésimo aniversario de la Inmaculada, Su Santidad se dignó conceder á todos los Triduos, Novenas y demás fiestas que durante el presente y el próximo año se celebrasen en honra de María Inmaculada, en cualquier parte del mundo, las mismas gracias é indulgencias ya concedidas para las funciones del día 8 de Mayo. Tales son:

- I. Siete años y siete cuarentenas de indulgencia en cualquier día de la novena ó tríduo.
- II. Trescientos días de indulgencia por cuantas veces se visitara la iglesia en que se celebran las funciones en cualquier día de la novena ó Tríduo.
- III. Una indulgencia plenaria al fiel que á lo menos

por tres veces hubiese asistido á dichas funciones, si debidamente confesado y comulgado orara por las intenciones del Sumo Pontífice

Todas las indulgencias son aplicables en sufragio de las benditas almas de los difuntos.

PEREGRINACION AL PILAR

Prórroga de las graciaes del Jubileo de la Inmaculada á todos los fieles que individual ó colectivamente visitaren como peregrinos el Santuario de Nuestra Señora del Pilar.

Beatísimo Padre: La Condesa viuda de Gondomar, Vicepresidenta de la Junta central organizadora de la Peregrinación nacional española de damas católicas al venerado Santuario de la Virgen del Pilar de Zaragoza,—ya aprobada por el Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo y por los Exmos. é Ilmos. Sres. Arzobispo de Zaragoza y Obispo de Madrid-Alcalá—en representación de la Exma. Sra. Marquesa viuda de Aguilafuente, Presidenta:—postrada á los pies de Vuestra Santidad, rendidamente suplica se digne benignamente extender la Indulgencia extraordinaria concedida por Vuestra Santidad en forma de Jubileo, para el Año Mariano;—Cart. encícl. de 2 de Feb. 1904—á la Junta central de damas católicas, á las Juntas diocesanas y parroquiales, y á cuantos formen parte de la Peregrinación que se proyecta al referido Santuario en el día ó los días que se designen del año próximo venidero. Y por la gracia, etc.

Juxta preces, cunctis fidelibus confesis et sacra Communione refectis anno 1905 ad Santuarium B. M. Virginis, vulgo del Pilar, in Archidioecesi Caesaraugustana vel singillatim, vel pluribus uia simul peregrinantibus, easdem facultat-

les et indulgentiam pro Jubilaeo hujus anni datas concedimus.

Ex aedibus Vaticanis die 28 Septem. 1904

PIUS PP. X.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

EXPOSICIÓN

Señor: Desde que por Decreto de 11 de Julio de 1902 quedó constituido el «Patronato real para la represión de la trata de blancas», este nuevo Instituto ha alcanzado gran desenvolvimiento merced á la protección y magnánimos impulsos de S. M. la Reina, la augusta Madre de V. M. y la activa dirección de la Serenísima Señora Infanta doña María Isabel, Protectora y Presidenta respectivamente, fielmente secundadas por la inteligencia privilegiada de la señora Duquesa Viuda de Alba, Vicepresidenta general, cuya temprana muerte es motivo de duelo para la obra encomendada á su solicitud.

Los trabajos realizados bajo tan acertada dirección con el decidido apoyo de las Autoridades, tanto por la Junta central como por las delegaciones establecidas en las provincias, han producido excelentes resultados, que aunque de público no se conozcan por su carácter reservado, demuestran la necesidad de aumentar el personal de la expresada Junta y dictar algunas disposiciones que permitan al Patronato extender sus funciones de vigilancia, reintegración y tutela.

Por las razones expuestas, y oído al parecer del Consejo de Ministros, el que suscribe tiene la honra de someter á la aprobación de V. M. el siguiente proyecto de decreto.

Madrid, 30 de Mayo de 1904.—Señor: á L. R. P. de
V. M. Joaquín Sánchez de Toca.

REAL DECRETO

En atención á las razones expuestas por el Ministerio de Gracia y Justicia, de acuerdo con el Consejo de Ministros,

Vengo en decretar lo siguiente:

Artículo 1.^o El artículo 3.^o del Real decreto de 11 de Julio de 1902, se entenderá redactado en la forma siguiente:

«Artículo 3.^o Formarán la Junta directiva de este Real Patronato: 1.^o Una Vicepresidenta y veinte vocales, nombrados por Mi Gobierno.

2.^o Cuatro Vocales designados por la presidencia de la Junta entre las personas que presidan ó dirijan en Madrid, al amparo de la ley civil, Asociaciones en defensa de la mujer.

3.^o El Rector de la Universidad Central y la Directora de la Escuela Normal Central de Maestras.

4.^o El Presidente y Fiscal del Tribunal Supremo, el Señor Obispo de Madrid-Alcalá, el Gobernador civil, el Capitán General de Castilla la Nueva, el Jefe de la jurisdicción de Marina en la Corte y el Presidente del Instituto de Reformas sociales.

5.^o La Serenísima Señora Infanta Presidenta designará de entre las Señoras de la Junta directiva la que en caso necesario haya de desempeñar interinamente la Vicepresidencia general.

6.^o La Vicepresidenta general, previa la venia de Su Alteza Real, podrá reunir á los Vocales que convenga consultar respecto á determinados asuntos.»

Art. 2.^o De las delegaciones que se constituyan con

arreglo á la Real orden de 10 de Febrero de 1903, serán Vocales natos.

De la de Madrid.—El Presidente de la Diputación Provincial; el Alcalde Presidente del Ayuntamiento; un Abogado fiscal de la Audiencia provincial, designado por el Fiscal; el Provisor y Vicario general eclesiástico de la Diócesis, un Jefe militar y otro de Marina, de categorías equivalentes á la de Coronel, designados por el Gobernador militar el primero, y el segundo por el Jefe de la jurisdicción naval en Madrid, y los Directores del Instituto de San Isidro y del Cardenal Cisneros.

De las otras capitales de provincia.—Los Gobernadores civil y militar y el Jefe local de Marina, donde lo hubiere; el Prelado de la Diócesis que, en caso de no residir en la capital de la provincia, designará un Párroco de ella; el Presidente y Fiscal de la Audiencia territorial, y donde no la hubiere, los de la provincial; el Presidente de la Diputación; el Alcalde y el Rector de Universidad, ó, en su defecto, el Director del Instituto general y técnico.

De las demás poblaciones.—El Alcalde; el Juez de primera instancia é instrucción; el Jefe local de Marina, donde lo haya; el Párroco que designe el Prelado, si éste no reside en la población, y el Maestro y Maestra de instrucción pública, de mayor categoría. Formarán también parte de las Delegaciones establecidas en Mahón y en Las Palmas de Gran Canaria, los respectivos Delegados especiales del Gobierno.

Art. 3.^º El Patronato Real, por medio de su Junta directiva y de sus Delegaciones, ejercerá sobre las menores de edad que la Autoridad le confíe, las facultades de tutela, interin carezcan de la que les corresponda legalmente.

Art. 4.^º El Patronato Real y sus Delegaciones quedan autorizados para abrir suscripciones, recibir donativos de

todas clases, alquilar ó adquirir y poseer locales y fincas destinadas al albergue de niñas y mujeres.

Los establecimientos que dediquen á este fin, bajo su dirección, tendrán el carácter de pósitos ó casas de corrección, debiendo en este último caso dar conocimiento del reglamento interior al Ministro de Gracia y Justicia.

Art. 5.^o De acuerdo con lo prevenido en el art. 1.^o del Arreglo internacional, firmado en París en 25 de Julio de 1902, el Gobierno español hace designación de la Junta directiva del Patronato Real para corresponder con los organismos similares establecidos en el extranjero para la represión de la trata de blancas.

Art. 6.^o El Gobierno dará al Patronato Real y á sus Delegaciones cuantas facilidades sean necesarias para ejercer en todos los medios de transporte, por las personas que al efecto designe, la vigilancia contra la trata de blancas que impone al art. 2.^o del Arreglo internacional de París ya citado.

Dado en Palacio á 30 de Mayo de 1904.—ALFONSO.
—El ministro de Gracia y Justicia, Joaquín Sánchez de Toca.

AVISO Y ÚLTIMO RUEGO

Los Señores Curas párrocos y demás encargados de parroquias, que hasta la fecha no han liquidado las cuentas pendientes en la Administración de Cruzada por el año actual, y atrasados, se dignarán hacerlo antes de la publicación de la Santa Bula, ó sea antes del 15 de Febrero próximo venidero, advirtiéndoles, que las Bulas sobrantes, no podrán admitírseles después de esa fecha, pues levantada acta Notarial de las devueltas y remitida esta al Emi-

nentísimo Sr. Cardenal Comisario General Apostólico, se consideran como expendidas y no se pasan en cuenta como sobrantes.

Ineficaces, hasta ahora, han sido los repetidos avisos y circulares enviados individualmente por la Administración, sobre todo para aquellos señores cuyas deudas son tan atrasadas que acusan cierto desdén á tantos y tan repetidos ruegos.

La administración no puede ser más indulgente, pero tampoco puede por más tiempo continuar con este estado de cosas: tiene que cumplir el ineludible deber de entregar mensualmente á la Hacienda pública 4.003 pesetas con 0,3 céntimos á fin de que el Estado abone el culto parroquial.

Hasta ahora, comprometiendo la fianza constituida por la Administración, se ha ido pagando á la Hacienda.

En vista de esto á cuantos deudores tiene la Santa Cruzada se les advierte que de no satisfacer sus alcances en el plazo antes dicho, se les pasarán los perjuicios á que den lugar y serán demandados ante el tribunal competente.

HERMANDAD DE SUFRAGIOS MUTUOS ESPIRITUALES DEL CLERO

Han ingresado en la Hermandad de sufragios mutuos del Clero D. Isidro López Romo, capellán de las Carmelitas de esta ciudad; D. José Rodríguez Sendín, coadjutor de Ledesma y D. Elías Martín Hernández, párroco del Groó y Puertas.

NECROLOGÍA

Ha fallecido D. Emiliano González, párroco de Fuente-liante, diócesis de Ciudad-Rodrigo.

Pertenecía á la Hermandad de sufragios espirituales del Clero, por lo que los Sres. Asociados se servirán aplicar una misa y tres respondos por el alma del finado.—
R. I. P.

ÓRGANOS

JUAN DE BERNARDI

CONSTRUCTOR Y REPARADOR DE ÓRGANOS DE IGLESIAS, PIANOS
Y ARMONIUMS
ESTABLECIDO EN ESTA CIUDAD

Se construyen órganos de tubería para Catedrales, parroquias y conventos con toda clase de registros que se puedan desear y con imitaciones de todos los instrumentos de orquesta, bandas y especialidad en *vozes humanas*, pudiéndose aplicar estos registros en cualquiera órgano antiguo á precio módico. También colocamos teclado transpositor, tanto en los órganos nuevos como en los que se reformen.

Pídanse precios de órganos, pues se hacen desde 2.100 pesetas en adelante con ocho registros y de sólida construcción.

Taller para toda clase de composturas y afinaciones de pianos, armoniums y órganos.

CALLE DE ZAMORA, 28.—SALAMANCA

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.

